Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pascens & integer permanens. Quam bonus panis qui &
angelos pascit per speciem ut de ipso sacient in patria &
nos pascit per fidem ne deficiam in via. Ille panis qui &
ipsum dat angelis ad gaudium stabilitatis se ipsum de
dit hominibus ad remedium sanitatis. & qui est angelorum esca
nobis factus est medicina. Verumtamen hic dilectissimi
fres adtendite magnitudinem gratie & agnoscite quid deus
hominis dignatus est prestare. Xpc enim dei filius de deo ue
ro ds uerus & unus cum patre naturaliter ds semper et se ip
so scos angelos pascit. si tamen angelicam naturam dei filius
non accepit. Ut autem suam caritatem ds commendaret in nob
filius eius naturam nram suscepit ex nobis. & ds unigenitus qui pa
nis est angelorum ut etiam hominis se ipsum faceret panem si
mul hominis & anima suscepit & carnem. Accepit utraq;
uiam scam utraq; mundam. Accepit animam nram sine
iniquitate. accepit carnem nram cum mortalitate. Accepit
animam iustam per quam animabus nris redderet iustitiam.
Carnem uero propterea dignatus est habere mortalem ut secundum
ipsam moriens mortem uinceret. secundum ipsam & iam resur
geret per quam nra quoq; corpora suscitaret. O magnum
mysterium dilectissimi fres! magnum diuine dilectio
nis indicium. Homo dum contemnens ad deum discessit.
ds hominem diligens ad homines uenit. Dilexit impi
um ut faceret iustum. dilexit infirmum ut faceret sa
num. Dilexit peccatorem ut faceret rectum. dilexit mor